Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



xxix

Dixit dominus mulieri chananee non
est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus adman
ducandum. ℣ At illa dixit etiam domine nam
et catelli edunt de mi as que cadunt de mensa dominorum suorum.
Ait illi ihesus o mulier magna est fides tua
fiat tibi sicut pen sas. Matheus.
Illo tempore. Egressus ihs. secessit in partes tyri et sydonis.
Et ecce mulier chananea a finib⁹ illis egressa clamabat
dicens. Miserere mei dñe fili dauid. filia mea male de
monio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes
discipuli eius. rogabant eum dicentes. Dñe. dimitte eam.
quia clamat post nos. Ihs autem respondens ait. Non sum
missus. nisi ad oues que perierunt domus israel. At illa
venit. et adorauit eum dicens. Dñe: adiuua me: Qui res
pondens ait. Non est bonum sumere panem filiorum. et mit
tere canibus. At illa dixit. Etiam dñe: Nam et catelli edunt
de mitis. que cadunt de mensa dñorum suorum. Tunc respondens
ihs. ait illi. O mulier. magna est fides tua. fiat tibi sicut vis.
Et sanata est filia eius. in illa hora. Credo in unum. off.
Mediator in mandatis. Sec. Sacrificiis presentib⁹ dñe oes
intende placatus. ut et deuocioni nostre proficiant et
salutem. P. Prefacio comdiana de. cō Intellige clamorem. compl.
Supplices te rogamus omnipotens deus. ut quos tuis refecisti sacra
mentis. tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. P.
Miserere mei domine domine et miserere mei quia peccatum F. Ri. ij.
meum stetit in via recta in ecclesiis benedicam domino. ℣ Iu
dica me dñe quoniam ego in innocentia mea ingressus sum et in dño sperans non